

Lectio III.

**N**unc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum a me: & habitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metuantur fabricam, & erubescant ex omnibus que fecerunt. Figuram domus, & fabrica eius exitus, & introitus, & omnem descriptionem eius, & universa precepta eius, cunctisque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum: ut custodiant omnes descriptiones eius, & precepta illius, & faciant ea. **¶** Sustinimus pacem, & non venit: quæsivimus bona, & ecce turbatio: cognovimus Domine peccata nostra: **¶** Non in perpetuum obliviscaris nos. **¶** Peccavimus, impie gessimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem justitiam tuam. Non in perpetuum. Gloria Patri. Non.

S A B B A T O

De Ezechiele Propheta.

Lectio I. Cap. 47.

**E**T convertit me ad portam domus, & ecce aquae egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Ori-

entem: aquae autem descendebant in latum templi dextrum ad Meridiem altaris. Et eduxit me per viam portae Aquilonis, & convertit me ad viam foras portam exteriorum, viam que respiciebat ad Orientem: & ecce aquae redundantes a latere dextro.

**¶** Laudabilis populus. **¶** Quem Dominus exercituum benedixit, dicens: Opus manuum mearum tu es; hereditas mea Israel. **¶** Beata gens, cuius est Dominus Deus, populus electus in hereditatem. Quem.

Lectio II.

**C**um egrediretur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & tradixit me per aquam usque ad talos. Rursumque mensus est mille, & tradixit me per aquam usque ad genua: & mensus est mille, & tradixit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torquentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aquae profundius torrentis, qui non potest transvadari. **¶** Angustiae mihi sunt undique, & quid eligam ignoro.

**¶** Melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei.

**¶** Si enim hoc egero, mors

mi-

mhi est; si autem non egero, non effugiam manus vestras. Melius est.

Lectio III.

**E**T dixit ad me: Certe videri fili hominis. Et eduxit me, & convertit ad ripam torrentis. Cuiusque me convertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte. Et ait ad me: Aquae istae, quae egrediuntur ad simululos sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquae. Et omnis anima vivens, quae serpit, quocumque venerit torrentis, vivet: & erunt pisces multi sacis postquam venerint illuc aquae istae, & sanabuntur & vivent omnia, ad quae venerit torrentis.

**¶** Misit Dominus Angelum suum: & concidit ora leonum: **¶** Et non contaminaverunt quia coram eo in justitia inventa non est in me. **¶** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam espuit de medio catulorum leonum. Et non. Gloria Patri. Et.

S A B B A T O

Ante Dominicam tertiam

Novembris.

Ad Magnificat, Antiphona.

Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos Domine, &amp; armis tuae potentiae protege nos semper.

DOMINICA III.

Novembris.

In primo Nocturno.

Incipit liber Danielis

Propheta.

Lectio I. Cap. 1.

**A**nno tertio regni Joakin regis Juda, venit Nabuchodonosor rex Babilonis in Jerusalem, & obediit eam; & traxit Dominus in manu eius Joakin regem Juda, & partem vasorum domus Dei: & asportavit ea in terram Senaar in domum dei sui, & vasa intulit in domum Theauri dei sui. Et ait rex Asphenaz preposito eunuchorum ut introduceret de filiis Israel, & de semine regio & tyrannorum, pueros, in quibus nulla esset macula, decores forma, & crudigos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, ut doceret eos litteras, & linguam Chaldaeorum.

**¶** Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum: & plena erat omnis terra majestate ejus: & ea que subispoerant, replebant templum. **¶** Seraphim stabant super illud: sex alae uni, & sex alae alteri. Et.

Lectio II.

**E**T constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino un-

unde bibebat ipse, ne entriti-  
tribus annis, postea stantem  
in conspectu regis. Fuerunt  
ergo inter eos de filiis Juda,  
Daniel, Ananias, Misael,  
& Azarias. Et imposuit eis  
præpositus eunuchorum nomina:  
Danieli, Baltassar; Ananiam,  
Sidrach; Misaeli, Misach; &  
Azarias, Abdénago. Proposuit  
autem Daniel in corde suo,  
ne pollueretur de mensa regis,  
neque de vino potus ejus: &  
rogavit eunuchorum præpositum  
ne contaminaretur. Dedit  
autem Deus Danieli gratiam  
& misericordiam in conspectu  
principis eunuchorum.

¶ Aspicte Dómine de sede  
sancta tua, & cõgita de nobis:  
inclina Deus meus aurem  
tuam, & audi: ¶ Aperi oculos  
tuos, & vide tribulationem  
nostram. ¶ Qui regis Israel,  
intende, qui deditis velut ovem  
Joseph. Aperi.

## Lectio iij.

**E**T ait princeps eunuchorum  
ad Daniëlem: Timeo ego  
dominum meum regem, qui  
constituit vobis cibum & potum:  
qui si viderit vultus vestros  
macilentiores præ ceteris  
adolescensibus coævis vestris,  
condemnabit caput meum  
regi. Et dixit Daniel ad Málasar,  
qui quem constituerat princeps  
eunuchorum super Daniëlem,  
Ananiam, Misael,

lem, & Azariam: Tentam  
nos obsecro servos tuos diebus  
decem, & dentur nobis  
legitima ad vescendum, &  
aqua ad bibendum: & contem-  
plare vultus nostros, & vultus  
puerorum qui vescuntur cibo  
regis: & sicut videris, facies  
cum servis tuis. Qui auditus  
sermone hujusmodi, tentavit  
eos diebus decem. Post dies  
autem decem apparuerunt  
vultus eorum meliores &  
corpulentiores præ ceteris  
pueris, qui vescabantur cibo  
regis.

¶ Aspicte Dómine, quia facta  
est desolata civitas plena  
divitiis, sedet in tristitia  
domina Gentium: Non est  
qui consolatur eam, nisi tu  
Deus noster. ¶ Plorans ploravit  
in nocte, & lacrymæ ejus  
in maxillis ejus. Non est  
Gloria Patri. Non.

## In secundo Nacturno.

Ex libro sancti Athanasii  
Episcopi ad Virgines.  
Lib. 2. de Virginitate,  
post initium.

## Lectio iv.

**S**I accedant aliqui, & dicant  
tibi, ne frequenter jejunes,  
ne imbecillior fias: ne credas  
illis, neque auscultes, per istos enim  
inimicos hæc suggerit. Reminiscere  
ejus, quod scriptum est,  
quod cum tres pueri, & Daniel,  
& alii adolescen-

tuli captivi ducti essent a  
Nabuchodonosor rege Babilonis,  
jussimque esset ut de ipsis  
mensa regis contederent, &  
de vino biberent: Daniel &  
tres pueri illi noluerunt  
pollui ex mensa regis, sed  
dixerunt eunicho qui eos  
curandos susceperat: Da nobis  
de seminibus terræ, & vescemur.  
Quibus ait eunuchus: Timeo  
ego regem, qui constituit vobis  
cibum & potum: ne forte  
facies vestre appareant regi  
squalidiores præ ceteris  
pueris, qui regis mensa  
aluntur, & puniat me.

¶ Super muros tuos Jerusalem  
constituit custodes: ¶ Tota die  
& nocte non tacebunt  
laudare nomen Dómini. ¶  
Prædicabunt populus  
fortitudinem meam, & annu-  
ciabunt Gentibus gloriam  
meam. Tota.

**Q**ui dixerunt illi: Tentam  
servos tuos dies decem, &  
da nobis de seminibus. Et  
dedit eis legitima ad  
vescendum, & aquam ad  
bibendum: & introduxit  
eos in conspectu regis, &  
visæ sunt facies ipsorum  
speciosiores præ ceteris  
pueris, qui regis mensa  
nutrebantur. Videns, quid  
faciat jejunium? Morbos sanat,  
desiccationes corporis exsiccat,  
dæmones fugat, pravos co-

gitationes expellit, memem  
clariorē reddit, cor mundum  
efficit, corpus sanctificat,  
domineque ad thronum Dei  
hominem sistit. Et ne putes  
hæc reverendi, habes hujus  
rei testimonium in Evangelio  
reli: Salvatore prolatum.  
Cum enim quisvis  
discipulus, quomodo  
modum inquit spiritus  
ejectetur, respondit Dóminus:  
Hæc genus non ejicitur,  
nisi in oratione & jejunio.

¶ Muros tuos inexpugnabili  
circumcinge, nos Dómine,  
& armis tuæ potestatis  
protege nos semper. ¶ Libera  
Dómine Deus Israel clamantes  
ad te. ¶ Ere nos in  
mirabilibus tuis, & da  
gloriam nomini tuo. Libera.

**Q**uisquis igitur ab im-  
mundo spiritu vexatur,  
si hoc animadvertat,  
& hoc pharmaco utatur,  
jejunio inquam, statim  
spiritus malus oppressus  
abscedet, vim jejunii  
memens. Valde enim  
dæmones oblectantur  
crapula, & ebrietate, &  
corporis commotis.  
Magna vis in jejunio,  
& magna hæc præclara  
sunt per illud valioque unde  
homines tam mirifica  
præstant, & signa per  
eos fiunt, & sanitatem  
infirmis per ipsos largitur  
Deus, nisi plane ob  
excercitationes spirituales,  
& humilitatem